

1154

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

(De Genève, premiers jours de septembre 1542 ¹.)

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calv. Opp. XI, 433.

S. *Adhuc expecto quid Bernæ actum sit, quid dictum sit decanis, quid responderint, quid obtinuerint* ². Ubi primum certus aliquis nuncius ad nos venerit, sententiam meam plenius vobis exponam. Nunc formulam mitto ex qua poteritis excerpere quod placuerit, expungere quod displicuerit ³. Quanquam Dominus fortassis aliquid melius dabit, ut neque corrigere neque sequi aliquid de meo necesse sit ⁴.

Pudet me ac miseret nostrî, Virete, quòd in odium vel favorem hominum veritas Dei obruitur. Hoc ideo dico, quia sic loquitur *Gurinus* ⁵ ac si *Erasmi* ⁶ causa optima foret, alii nihil nisi mendacium loquantur. Mihi videre videor, quantum isti rumores præjudicii contra sanam doctrinam afferant. Itaque ut conscientie meæ satisfaciam, statui non dissimulanter profiteri quid sentiam. Quid autem excusatione opus est? *Neminem in hac ecclesia* ⁷ *novi qui mysterium hoc* ⁸ *vel mediocriter intelligat.* Nunc malè me habet, cum in errore non modò foventur, sed etiam confirmantur, ut fiant prorsùs insanabiles. Hoc iterum

¹ Voyez la note 2.

² A Lausanne, on ne pouvait apprendre que le 30 ou le 31 août ce qui s'était passé à *Berne* le lundi 28, jour de la comparution des *doyens* (N° 1152, note 1).

³ Cette *formule* ne s'est pas retrouvée.

⁴ Il y a, au-dessous, une grande place blanche, où Calvin se proposait peut-être d'écrire la formule dont il annonçait l'envoi.

⁵ *Pierre Gurin* (N° 1143, note 6).

⁶ *Érasme Ritter*, l'adversaire de *Simon Sultzer*, de *Pierre Kuntz* et de *Béat Gering* (N° 1147, n. 2).

⁷ L'église de Genève.

⁸ La doctrine de la sainte Cène.

ideo dico, ut si quid mihi credis, nostris hac in parte non ni-
miùm indulgeas. Unum sentimus. Unum igitur loquamur.

(*Inscriptio* :) Fideli servo Jesu Christi Petro Vireto, Lausa-
nen. ecclesiae pastori. Lausanæ^o.

1155

C. S. CURIONE¹ à Jean Calvin, à Genève.

De Lausanne, 7 septembre 1542.

Autographe. Bibl. de Gotha. Calv. Opp. XI, 435.

COELIUS SECUNDUS CURIO Joanni Calvino S. P. D. per Christum
Jesum.

Cum redditæ à te literæ essent *Vireto*, propterea quòd nul-
lam in his de me mentionem faceres, gravioribus te occupatum
rebus esse putavi, quàm ut mei posses meminisse. Quare cum
ut tuæ nostrî memoriæ, tum pietati erga te meæ consulere, nuncium idoneum nactus ad te hasce literas statim exaravi.

^o La suscription est d'une autre main.

¹ *Celio Secundo Curione*, l'un des plus intéressants parmi les huma-
nistes italiens qui embrassèrent la doctrine évangélique, naquit le 1^{er} mai
1503 dans un bourg du Piémont. L'espace nous manque pour raconter les
événements de sa vie antérieurs à l'année 1542. — Sa jeunesse, qui s'écoula
à Turin, sa conversion opérée par la lecture des ouvrages de Mélanchthon,
de Zwingli et de Luther, les persécutions dont il fut l'objet et sa présence
d'esprit admirable au milieu des dangers, sont retracées avec de très amples
détails dans les ouvrages suivants : Stupani Oratio de C. S. Curione : apud
Schelhorn. *Amœnitates litterar.*, t. XIV. — Teissier. *Éloges des hommes
savants*, II, 338. — Nicéron, o. e., t. XXI. — Athenæ Rauricæ, p. 284-91.
— Macree. *La Réf. en Italie*. Genève, 1834, *passim*. — Jules Bonnet.
Récits du seizième siècle, 2^m éd. 1875, p. 241-312. — Merle d'Aubigné,
o. c. IV, 578-95.

Après avoir enseigné les belles-lettres à l'université de *Pavie*, et séjourné
à *Venise* et à *Ferrare*, il fut informé à *Lucques*, au mois de juin 1542,
que le tribunal du St-Office venait d'ordonner aux magistrats lucquois de
le saisir et de l'envoyer à Rome. A cette nouvelle, il n'hésita plus à se ré-
fugier en Suisse (Voyez le N° 1146, renv. de n. 4-9).

*Credo te ex Vireti literis intellexisse, quid de rebus nostris actum sit : nec quicquam scilicet nisi illud magnum quidem et præcipuum est (quod facillè credam) nos cunctis ministrorum suffragiis esse comprobatos*².

Cæterùm cum prætor³, ad quem mē habere literas a Bernatibus non ignoras, nondum redierit, quid nobis agendum præterea sit, non facillè perspicimus. Adest autumnus, et quidem satis adultus, et mox, ut ait Horatius, bruma recurrit iners. *Mihi verò et Alpes et Apennini juga bis ante hiemem superanda forent : quod nī fecero, incommoda gravissima consequentur. Nam neque ecclesiæ Dei inservire neque familiæ curam habere ullam potero.* Atque interea omnes⁴ fratribus oneri esse cogemur. Quod quàm invitus faciam, testis est cum mea ipsius conscientia et pudor ingenuus quidam meus, tum Deus quem spiritu meo atque animo colo. *His ego, Calvine optime, distringor angustiis, quibus aliud nullum video remedium, nisi ut Bernam cum fratrum literis*⁵ *eam, et illic de rerum mearum summa cum Principibus agam. Quos si Dominus nobis propitios dederit, in Italiam evolabo, ut inde uxorem carissimam unà cum dulcissimis liberis adducam.* Sin nihil erit quo exilium nostrum solari possimus, Domini in manus spiritum commendabo meum, non aliter ac David fecit cum a Saulo interceptus et circumventus nullam evadendi viam inveniret. Tu interim, optime frater, orabis patrem ut nobis in tantis difficultatibus adesse velit, quò illius bonitatem apud omnes deprædicare possimus.

Si quid in *Italiam* scribere cupis, puta ad *Renatam Franciæ*, principem optimam, seu ad *Franciscum Richardotum*⁶, hominem doctissimum tuique amantissimum, aut alium, fasciculum hue ad *Viretum* mittes. Hic enim futuri sumus usque ad Idus Septembris ad summum. Sed tamen curabis ut vel ante Idus

² Il veut dire, sans doute, que les ministres de la Classe de Lausanne, après s'être enquis de sa doctrine et de son érudition, l'avaient accueilli comme un frère en la foi.

³ Le bailli de Lausanne, *Antoine Tillier*.

⁴ C'est-à-dire, moi ici, et ma famille à *Lucques*.

⁵ Le *testimonium* ou lettre de recommandation des pasteurs et professeurs de Lausanne qui était adressée à MM. de Berne (Cf. N° 1152, n. 1).

⁶ Sur *Renée*, duchesse de Ferrare, et sur son aumônier *François Richardot*, voyez le N° 1058 (VII, 307-320).

ipsas nobis reddantur⁷. Præterea *Turca noster*⁸, ut scias, est *Basileæ*, ut ex literis ipsius hodie et hoc nuncio⁹ accepi. Illuc enim a *Tigurinīs fratribus* missus cum literis commendatitiis est, jam sunt multi dies, et tamen nondum ejus necessitatibus prospectum. Quapropter rogo ut ad *Bucerum* scribas, ut illi faveat, et portionem aliquam ejus pecuniæ quam eo nomine ex *Italia* anno superiore accepit¹⁰, ad illum transmittat. Nam scio illum egere. Id si feceris, erit mihi mirum in modum gratum. Si ad ipsum *Georgium*¹¹ literas dare placeat, mittes ad *Oporinum*¹². Is enim ubi *Georgius* diverterit novit. Vale per Jesum Christum, et ecclesiam domesticam meo nomine saluta. Lausannæ, 7 Idus Septembris 1542.

(*Inscriptio* :) D. Joanni Calvino, Genevensis ecclesiæ integerimo pastori et fratri in Christo ornatissimo. Genevæ.

⁷ Au lieu de rester à Lausanne jusqu'au 13 septembre, *Curione* partit pour *Berne* le 7. Nous l'inférons, du moins, de ces passages du Manuel bernois : « Samedi 9 septembre. Conseil des Bourgeois. *Cælius Secundus* est admis comme recteur (*Regent*) de l'École de Lausanne. Sa pension est fixée : 400 florins, 2 chars de vin, 3 muids de blé. [On lui accorde] un logement, 20 écus pour les frais de voyage de sa famille, un *louffer* (courrier, messenger d'État) jusqu'à *Zurich*, une lettre de recommandation adressée à *Coire*. [Écrire] au bailli de Lausanne qu'il prépare des bois de lit, des sièges, des tables, etc. Mes Seigneurs enverront là-bas la literie ; le bailli lui-même doit acheter le reste du mobilier. » (Trad. de l'all.)

⁸ Nous supposons que *Turca* était le nom de guerre d'un personnage arrivé d'Italie avec *Curione* (N° 1146, renv. de n. 9).

⁹ Le porteur de la présente lettre.

¹⁰ Cet argent, destiné à secourir les réfugiés pour la religion, venait sans doute de la duchesse *Renée*.

¹¹ Personnage inconnu.

¹² *Jean Oporin*, imprimeur à Bâle.

1156

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

De Genève, 11 septembre 1542.

Autogr. Bibl. de Gotha. Copie contempor. Bibl. Publ. de Genève.
Vol. n° 111 a. Impr. en partie dans les Calv. Epp. et Resp.
1575, p. 39. Bretschneider. Calvini... Literæ, p. 7. Calv. Opp.
XI, 436.

S. Tertio die, ex quo tibi scripseram, *venit ad me Jacobus*¹,
*Decanus Gaiensis, ac quid Bernæ actum esset*² *breviter expo-*
suit. Mihi verò, ut simpliciter tibi quod sentio fatear, summo-
pore omnia displicent. De senatusconsulto³ dicam postea. Verùm
decanos quis coëgit responsum illud dare, quo præjudicium col-
*legis suis omnibus afferrent*⁴? *Utinam vel abfuisset Zebedæus,*
*vel aliud cor aliudque consilium ad hanc causam attulisset*⁵!
Hoc ideo dico, quia *Jacobus* mihi narravit, ejus culpa factum
esse, ut *decani* sic præcipitaverint. Video quid sit. Cui religio
non est, periculi metu, per omnes sanctos dejerare⁶, is deinde
paucorum hominum gratiæ hoc vel illud concedere non dubitat :
quia obnoxius, ut est, sibi videtur. Respondeant pro se *decani*⁷
quidquid volent : mihi tamen suam hanc facilitatem nunquam
probabunt.

Quantùm ad summam ipsam spectat, ut tibi penitùs assentiar,

¹ *Jacques Camerle*, doyen de la Classe de *Gex*. Il pouvait être arrivé de
Berne le 2 ou le 3 septembre. — Bèze a remplacé *Jacobus* par *N.*, et sup-
primé les deux mots suivants. Les altérations que le texte original a subies
dans l'imprimé étant nombreuses, nous n'en relèverons qu'une partie.

² *Bernæ* est omis par Bèze. Il s'agit toujours de la comparution des
doyens velches à *Berne*, le 28 et le 29 août (N° 1152, n. 1).

³ Dans le texte imprimé, *edicto*. C'est le mandement du 15 août (N° 1147)
qui est visé ici.

⁴ Tous les doyens des Classes romandes avaient souscrit *la formule de*
Pierre Kuntz. Elle est reproduite tout au long dans le N° 1147, pp. 98-99.

⁵ Voyez la note 6 du N° 1150. Au lieu de *Zebedæus*, Bèze a mis une *N.*

⁶ Est-ce une allusion à l'« amende honorable » qu'*André Zibédée* aurait
faite à Fribourg, selon Pierrefleur (N° 1127, n. 21)?

⁷ Dans l'imprimé, *alii*.

conscientia mea non patitur. *Senatusconsultum*⁸ tolerabile esse censens⁹, ac tutò à vobis posse recipi. *Expendamus ergo id quod continet. Principio approbat Conzeni*¹⁰ formulam. At qualis illa est, obsecro? Tu Buceri obscuritatem vituperas, et meritò. At nihil est in Bucero adeò perplexum, obscurum, flexiloquum, atque, ut sic loquar, tortuosum. Exceptio tamen additur, ut tam hæc confessio¹¹ quàm catechismus¹² locum habeant, si secundum disputationem Bernæ habitam¹³ explicentur. Quò remittimur? Hoc ergo à vobis quæritur, ut spondeatis vos nunquam discessuros à sententia vobis incognita. Deinde quid putas illic fuisse disputatum, nisi Christum non esse inclusum in pane¹⁴? Id autem *Senatus*¹⁵ perinde accipit, ac si nihil aliud foret quàm *signum*. Quidquid sit, non ausim credere, mysterium Cœnæ illic fuisse bene ac ritè explicatum. At *confessio Basileensis* adjungitur. Equidem non nego quin istud multum sit : sed mihi non sufficit, præsertim ubi omnia iterum ad *Disputationem illam et formulam quæ in Cœnæ administratione recitari solet*¹⁶, exiguntur. Atque, ut hoc unum mali sit, *persuaderi nequeo, Diacosios*¹⁷, qui sententiam hanc tulerunt, sanam de hac re sententiam tenere.

⁸ *Edictum nempe*, dans le texte publié par Bèze.

⁹ Il s'agit ici d'une lettre de *Viret* qui est perdue.

¹⁰ Ce nom, comme tous les autres noms propres, est masqué par une *N.* dans l'imprimé.

¹¹ La *Confession de foi de Bâle* (N° 1147, note 7).

¹² Le catéchisme de *Gaspard Megander* (N° 1147, n. 15-16, 17-18). Il fut réimprimé à Genève, sous ce titre : « Exposition chrestienne des dix commandemens, des articles de la Foy, de l'oraison de nostre Seigneur, reiglée et modérée selon la capacité et entendement des enfans, avec l'explication des sacrements, escrite en forme de dialogue latin, et de latin en françoys : nouvellement et fidelement revuë. (S. l.) 1540, » 40 feuillets petit in-8° : le verso du dernier porte la marque de l'imprimeur *Jehan Girard* (Voy. le Catalogue de la Bibl. de feu M. le professeur Jacques Adert. Paris, 1887, 2^{me} Partie, p. 14).

¹³ Bèze a supprimé ces quatre derniers mots et les a remplacés par *certo modo*.

¹⁴ Ruchat, I, 417-439, résume les discussions relatives à la sainte Cène qui eurent lieu, du 14 au 19 janvier 1528, pendant la Dispute de Berne. *Calvin* aurait-il fait faire pour lui-même une traduction de ces discours, qui occupent plus de 150 pages des Actes originaux ?

¹⁵ Dans le texte de Bèze, *N.*

¹⁶ N° 1147, renvoi de note 19.

¹⁷ Le Conseil des Deux-Cents (ou des Bourgeois) de la ville de Berne.

Jam ejus erit interpretari, cujus fuit pronunciare. Ita perjuri alligatus judicabitur qui secus docuerit quam ipsi judices assequantur. Neque hac sola in parte erit periculum. Vetant enim ne de ullo novo ritu aut novis ceremoniis, verba posthac fiant. Quis autem nescit, eos et *excommunicationem*, et *frequentiore Cœnæ usum*, et multa alia hoc nomine comprehendere? quæ nos desideramus, ac restituta cupimus. Tacendum tamen erit.

Cum ita scientes ac volentes laqueum vobis induitis, cogitate non finem calamitatis hîc fore, sed initium. Dominus enim vestram molliem severiore aliquo flagello corriget, si negligitis occurrere, cum palàm jaciuntur fundamenta perniciosæ tyrannidis. At quid faceret magistratus¹⁸? inquis. Nondum dico quid magistratus peccaverit in ipso ordine agendi: tantum demonstro, quàm non sit tutum vos astringere, nisi magna cautione adhibita. Quod ad rationem modumque agendi pertinet, *agnosco quod dicis, majorem partem culpæ in ministris hæere. Horreo tamen cum lego senatusconsultum: tanta illic et ferocia et superbia se ostendit.* Sententiam suam vocat definitivum ἀρροστον, cui contradicere non liceat. Promulgant, non ut libertas sit ministris respondendi, sed ut sequantur, teneant, observent quod Dominis placuit¹⁹.

Agnosco etiam quod postea commemoras, Conzenum justas pœnas dare suæ vel ambitionis vel malignitatis: quòd in tam miseram servitutem cogitur, quia pati non potuerit fratres secum esse liberos. Sed nos simul plectimur, imò in totam ecclesiam pœna hæc redundat. Nam hoc exemplo edito, posthac necesse erit doctrinam nostram non modò potestati, sed nutu paucorum hominum, et quidem indoctorum²⁰, subjectam esse: ut loquendum sit aut tacendum, simul atque digito signum dederint. Neque tamen expedire censebam, ut fratres hac de re in certamen descenderent cum *Senatu*²¹. Sed videbantur mihi habere honestum prætextum declinandi, si cum excusatione civili et modesta confessionem suam offerrent. Atqui non postulatur ab illis confessio, inquis. Ego verò ideo dandam fuisse puto²².

De scriptis Zuinglii sic sentire ut sentis tibi permitto. Neque

¹⁸ Texte de Bèze : *Princeps*.

¹⁹ Voyez la fin du N° 1147, p. 102.

²⁰ Texte de Bèze : *unius etiam hominis et quidem imperiti*.

²¹ Ces deux derniers mots sont absents du texte imprimé.

enim omnia legi. Et fortassis sub finem vitæ retractavit ac correxit in meliùs quæ temere initio exciderant. Sed in scriptis prioribus memini quàm profana sit de sacramentis doctrina. Quod dixeram, « neminem nostrorum habere plenam mysterii hujus intelligentiam ²³, » id *de plebe urbis hujus* dictum accipias velim. Atque id me tantùm voluisse, facilè ex literis perspicies, si relegas. Neque verò me hoc dixisse pœnitet. Nam ut tu, dum eorum temeritatem ac confidentiam deridere vis, soles dicere « omnes esse magistros, » sic seriò asserere audeo, neminem esse ex illis bonum discipulum in hac parte. Si mentior aut erro, *unum mihi nomina qui probè loqui de Cœna possit.* Sed jam nimis multa. Scio enim nos aut nihil, aut perparum dissentire. Sed voluisti, malum quod tu ipse agnoscis extenuando, solatii aliquid mihi dare, ne me præter modum affligeret.

Literæ Farelli et fratris ²⁴ jam mihi allatæ erant ante dies quatuor. Putabam autem ad te pervenisse, quoniam eas retulerat *Petrus Cossoniensis* ²⁵. Nunc *audi Sebastiani* ²⁶ *nostri delicias, quæ bilem tibi simul ac risum moveant. Nudiustertius ad me venit : petiit an non mihi placeret suam Novi Testamenti translationem edi.* Respondi, opus habere multis correctionibus. Causam rogavit. Ostendi ex paucis illis capitibus, quæ mihi in specimen jam pridem dederat. Excepit se fuisse in reliquis diligentior. Deinde iterum rogavit quid mihi placeret. Respondi me nolle impedire quo minùs imprimeretur : paratum tamen esse ad fidem solvendam quam dederam *Joanni Girardo* ²⁷ : nempe ut inspicerem, ac corrigerem si quid corrigendum foret. Recusavit hanc conditionem : obtulit tamen se venturum ac mihi lecturum, si certam horam condicerem. Negavi me hoc facturum, si centum coronatos daret, ut me ad certas horas adstringerem, deinde ut litigare interdum duas horas super

²² Bèze a supprimé tout ce qui suit, et n'a conservé que la salutation : *Vale, etc.*

²³ Fin du N° 1154.

²⁴ On verra plus loin que *Guillaume Farel* était parti pour *Metz* avec son frère *Claude*. Leur lettre ici mentionnée est perdue.

²⁵ C'était probablement *Pierre Masuyer*, appelé ailleurs *Petrus Cossoniacensis*, pasteur à *Cossonay* (VII, 287, n. 1).

²⁶ *Sébastien Châteillon*.

²⁷ Imprimeur à Genève. Il a été mentionné fréquemment dans les t. V, VI, VII.

uno verbulo. Sic à me discessit, tristis, ut apparebat²⁸. Et tamen, *ut scias quàm fidelis sit interpres, dum multa vult novare, plurima corrumpit*. Proferam locum unum. Ubi habetur : *L'esperit de Dieu, qui habite en nous*, mutávit : *Hante en nous*, cum *hanter* non habitare, sed frequentare, *Gallis* significet. Unus ille tam puerilis lapsus posset libro infamiam inurere. Ego tamen tales ineptias tacitus devoro. Vale, mi frater. Dominus te semper conservet ac dirigat. Saluta omnes fratres : quibus tamen non communicabis omnia. Genevæ 3. eidus Septemb. 1542.

JOAN. CALVINUS TUUS.

(*Inscriptio* :) Petro Vireto, Lausanensis ecclesiæ pastori fideliss., amico et fratri singulariter dilecto.

1157

MARTIN BUCER à Guillaume Farel [à Metz].

De Strasbourg, 13 septembre 1542.

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. D. in Domino, mi Farelle colende et charissime. Quid aliud quàm ut precemur Dominum, ut tibi consilium, aliis robur largiatur, faciamus hac tempestate? *Nostris*¹ *omnino videtur, pergendum vobis fuisse, aut omnino quiescendum, donec legati redissent*². *Idem nos existimamus*. Qui ecclesiam Hierosolymitanam, collatam adversariis suis, multo quàm sit nostra minorem,

²⁸ Le sentiment de sa supériorité intellectuelle fut trop souvent un piège pour Calvin : elle ne le prédisposait pas à la douceur et à la patience envers un homme qui lui faisait perdre son temps, et qui l'avait déjà fatigué par ses querelles de famille (N° 1149, rev. de n. 2-5). Le Réformateur disait, le 26 mars 1544 : « Scio hoc illi [scil. *Sebastiano*] esse persuasum : *me cupere eminere*. Jurene an injuria hoc de me sentiat, Domini esto judicium. Mihi certè ego non videor ullam occasionem dedisse. Sed mihi causam præbuit cur illum et ambitiosum et contentiosum judicare debeam. Sed doctrinam respicio et animum alioqui non malum. »

¹ *Nostris*, dans la présente lettre, désigne les magistrats de Strasbourg.

² Sur l'activité de *Farel* à *Metz*, on a trois documents de première

terribilem tamen adversariis suis fecit, is indubie et à vobis *vim civium iratorum* cohibuisset³. Sed Dominus novit quid sit melius. *Tu tacendi magnam causam habuisti, quando id etiam*

main : la présente lettre, celle de *Bucer* du 6 octobre et les *Chroniques messines*, où nous lisons, p. 861, le paragraphe suivant :

« Le troisieme jour du mois de septembre 1542, ung docteur nommé *Guillaume Farel*, estant en la cité, fut persuadé d'aulcuns bourgeois... pour prescher le saint Évangile de Dieu. Le dit docteur vint en la cimetière des Jaicoppins et monta en la chaire pour prescher, et y avoit beaucoup de gens qui assistoient à sa prédication. Voicy venir, cependant qu'il preschoit, deux moines des d. Jaicoppins, et luy dirent qu'il descendist de la chaire... Tantost s'esmeurent aulcuns des bourgeois et vinrent au devant des dits moines, disant qu'ilz... se retiraissent en leur cloistre, ou aultrement ilz ne feroient pas bien. Ce voyant, les d. moines se sont retirez, et eulx allant à l'église se prindrent à sonner les cloches de toute leur puissance, pour empescher la parole de Dieu. Ce pendant que le d. docteur persévéroit en sa prédication, vindrent trois sergens de part messeigneurs de Justice, disant qu'il cessast de prescher... Le d. prédicant respondit qu'il ne cesseroit point à annoncer la parole de Dieu, plus tost à mettre sa vie. Les d. sergens s'en allèrent et le d. docteur acheva sa prédication, et fut le peuple fort bien édifié de son sermon, disant qu'il avoit bien presché et catholicquement. Ce voyant, *le lendemain, qui estoit le lundy*, les d. frères Jaicoppins firent abaittre la chaire qui estoit de pierre antieque... et ne sceurent trouver aultre vengeance. »

Bucer nous apprend (lettre du 6 octobre) que, « le lendemain » [du 3 septembre], trois mille personnes attendaient pour écouter la prédication de *Farel* ; mais que les principaux Évangéliques et le maître-échevin obtinrent de lui qu'il s'abstiendrait de prêcher en public (*ut quiesceret*), jusqu'au moment où la prédication pourrait avoir lieu sans exciter des troubles ; et que, le même jour, le Réformateur comparut devant le Conseil des XIII, auxquels il répondit avec fermeté. « Interim [continue *Bucer*] quievit *Farellus*... expectans legationem quam Evangelici... miserant ad nostros... »

Citons encore le § 411 des Extraits de Paul Ferry : « 1542, septembre. Lettre des principaux de la Religion au sénat de Strasbourg, où se void l'estat de ceste affaire à Metz en septembre 1542, et que ces principaux avoient prié M. *Farel* de ne prescher point *le lundy* 8 [l. 4] septembre, de peur de tumulte, et la promesse du maistre-eschevin au peuple assemblé, pour le renvoyer doucement. Et que le magistrat passionné vouloit appeler un prince voisin pour les opprimer... » (Communication de M. H. Burtin, bibliothécaire de Metz.)

La présente lettre de *Bucer* du 13 septembre correspond exactement à l'état de choses créé à Metz par les événements du 3 et du 4. Mais cette lettre ne se comprendrait plus, si l'on admettait l'assertion du P. Meurisse (o. c., p. 43), qui affirme que « *Farel* fit son entrée dans la ville de Metz

*Consul jussit*⁴, in quo solo aliquid potestatis publicæ vobis reliquum fuit. Ad Consulem fortiùs agere oportuit⁵. Tu, an debeas, potestatis jussu contempto, pergere, an minùs, id scis totum pendere à directione spiritus sancti,⁶ quem oremus ut tibi et cæteris fratribus nostris adsit.

Scribunt nostri (defuerunt enim qui nunc legati mitti potuissent) *ad VII viros*⁶, *ad Consulem et fratrem hujus Robertum*. *Ad hõs duos, ut constanter agant in causa Domini, nec humano se metu deterreri ab eo patiantur, quin adsint piis, ut Verbo Domini frui possint et Sacramentis, in uno saltem templo*⁷. Al[]legant exempla Principatum magnorum et Civitatum⁸,

le 3 de septembre » et qu'il prêcha en public « le Dimanche suivant » [10 septembre]. On aboutirait alors à la conclusion absurde que voici : Deux ou trois jours après les événements précités, et sans attendre des rapports complets sur ce qui se passait à trente-trois lieues de leur ville, les magistrats et les pasteurs de *Strasbourg* se seraient hâtés d'écrire à *Metz* et de prodiguer, un peu à la légère, des exhortations aux deux partis.

³ C'était aussi la conviction de *Farel*. On lit, dans la préface de son traité intitulé : « Forme d'oraison pour demander à Dieu la sainte prédication de l'Évangile... Genève, J. Girard, 1545, » traité qu'il composa pour les Messins : « Il est vray (comme j'ay dit à ceux qui pensoyent parler bien sagement, et avoir un conseil tant sage pour conduire Dieu et les hommes...) qu'il estoit nécessaire, en l'œuvre de Dieu, regarder Dieu seulement et ce qu'il commande, et ne falloit aucunement regarder l'effort de Satan... Et davantage ay dit que, s'il y avoit personne qui deust craindre, je le devoye faire, pourtant que tout le danger estoit sur moy. » (Crespin, o. c., 1582, fol. 153a.)

⁴⁻⁵ Le *consul* (maître-échevin) de l'année 1542, *Gaspard de Heu*, seigneur de Buy, homme de haute et ancienne noblesse, était partisan de l'Évangile. *Farel* écrivait, le 11 janvier 1545, aux Évangéliques de Metz : « En toute humilité vous avez donné de telles supplications, que vos Seigneurs disoyent qu'elles estoyent bonnes et saintes et dignes d'estre receues : adjoustans cela, mais que le cœur fust selon les requestes... Et combien de fois en avez-vous instamment, et au nom de Jésus, requis le maistre-Eschevin : que comme chef de la ville, il vous octroyast la Parolle ! Et luy qui... avoit grand desir que l'Évangile fust presché, quelles remonstrances a-t-il faites aux autres Seigneurs ! » (Traité précité.) — Néanmoins, *Gaspard de Heu* se conduisit comme l'un des « prudents de ce siècle. » C'est pourquoi *Bucer* dit ici qu'il aurait fallu lui parler plus énergiquement.

⁶ « Les VII de la guerre, » comme on les appelait, faisaient partie du Conseil des XIII Jurés de Metz.

⁷ Les Évangéliques messins n'obtinent cette faveur que le 21 mai 1543.

⁸ Les Villes impériales, qui se gouvernaient elles-mêmes.

et ubi admisso Verbo tranquillitas retenta est, et ubi repulso res motæ sunt. Admonent periculi ab intestino dissidio et ab externis adversariis, unde respublica etiam de libertate tam diuturna et singulari periclitari queat⁹. Hortantur ut a Domino pendeant.

Septemviris scribunt, se audisse aliquid perturbationis istic esse, propterea quòd quidam civium Evangelium et Sacramenta Christi petant purius sibi administrari : id ipsis forsàn ideo difficile videri admissu, quòd periculosam inde metuant novationem. Se autem non dubitare quin futurum sit, ut periculosæ res moveantur¹⁰, si pergant evangelion Christi suis prohibere, et tranquillentur, si illud admittant. Offendi enim Dominum et bonorum animos irritari Evangelii prohibitione, placari permissione. Allegant exempla utriusque eventus. Causam scribendi inde sumunt, quòd sit vetus amicitia inter has respublicas, et utraque alterius commoda promovere et incommoda arcere cupiat. Omnia quæ possunt amicè scribunt. Graviter tamen admonent et hortantur. Oremus Christum, ut ipse causæ suæ adsit.

Tu bono animo esto, nec dubium enim quin cupias te immolare pro populo Dei, et tantùm laborare de certa cognitione jusus divini. Christus Dominus, qui hoc studium dedit, dabit etiam rogatus, ut aliquod operæ præcium facias. Non pudefaciet te pro suo regno zelantem. Precibus nostris debetur, quòd non egit adhuc in tuo ministerio magnificentius. Sed prævalebit misericordia ejus, ut fructum adferas, et fructus is maneat. Hic te et sanctos omnes istic corroboret, regat et gloria sua ornet! Argent. 13 Septemb. 1542. Salutem et successum pii conatus tui precantur tibi omnes symmystæ nostri.

M. BUCERUS tuus.

(*Inscriptio* :) Fideli et forti servo Christi Gu[lielmo] Farello, suo [in Domino] unicè colendo et fratri charissimo¹¹.

⁹ Allusion aux visées du roi de France sur la ville de Metz.

¹⁰ Ce mot a remplacé *contingant*.

¹¹ Farel a écrit sur l'adresse : « D. Bucerus. »

1158

SIMON SULTZER à Jean Calvin, à Genève.

De Berne. 16 septembre 1542.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 112. Calv. Opp. XI. 440.

Salve, mi Calvine frater. *Litteras hodie accepimus à confratribus nostris Classis Neocomensis scriptas ad se a Farello nostro*¹, non [sine] singulari animi voluptate, quippe *quibus prosperum iter illi Metas contigisse cognovimus*, nimirum optimis auspiciis, quae [D.] et ad sui nominis profectum potenti manu dirigit. Nihilò verò minùs oblectavit *συμφραδύμων* sanctorum cordatorumque sancta *συμβουλία*, quorum opera atque precibus certum est plurimùm adjutum iri *hunc fortem nostrum infractumque Christi militem*, in tam arduo præsertim opere. Sic enim necessarium est ut communi circumspectione, ceu oculis undique (*sic*) intentis, res tanta peragantur, et cum primis cœleste advocetur præsidium. Certum enim est veteratorem Sathanam omnibus machinis aduisurum, ut vel surgens impediât aedificium vel jam extractum dejiciat, maximè cum tanta suppetat instrumentorum atque satellitum copia. Verùm sic ut cepit agenti neque ope neque sapientia sua deerit cœlestis Architectus, perficietque quod misericorditer cepit. Sic etenim et de Catholica ecclesiarum structura atque restitutione persuademus nobis, quamlibet iniqua rerum facie, fore scilicet ut convulsas sanet et redintegret. Neque enim est abbreviata manus Domini, neque in totum abjecit viscera misericordiae suae. Quare non abs re ingentem ex hoc nuncio voluptatem traximus, quae nos in perturbatione et publica et privata jucundissimè recreat et reficit, ceu in magna tempestate effulgens ex parte serenitas. Dabimusque operam ut pientissimos conatus cum ecclesia nostra juvemus oratione sedula.

¹ Il importerait de retrouver cette lettre adressée à la Classe de Nenchâtel. Elle fut écrite (comme on le voit) bientôt après l'arrivée de *Farel* à Metz (Cf. N° 1156, renv. de n. 24).

Accedit verò huic nuncio aliud quidpiam non prorsus inauspicatum : nempe *navarchum Turcæ vi tempestatis cum magna hominum naviumque multitudine oppressum*, cum *πρὸς συμμάχων Gallî* contenderet ². Itaque falsum ea spe *regem* non mediocriter perturbari. Sed et *Venetos Turcæ* negavisse transitum per suam ditionem, quod plerique mirantur. Famam autem hanc probat transmissum ex *Genua* in *Hispanias* italicum subsidium a *Marchione Guaiasco* ³, quod facillè prohibitori *Turcæ* fuerant, nisi fato aliquo profligati tutum præbere transitum liberumque cogentur. Interea fertur de *Gallo* queri *Turcicam legationem*, quod minùs sanctè initis stet pactis, et nisi præstet pollicita, nescio quæ, prædicere bellum ex *Pannoniis* adversus ipsum translatum iri. Sic fortè constituit Dominus impiorum syncrètismum ⁴ dissipare tandem.

Accipimus varia, imò horrenda, *de copiarum regiarum in Germania inferiore successibus et populationibus per Flandriam exercitis* ⁵. Manus est *germanorum militum* a *Geldrio* ⁶ coacta, quæ et *Lovanium* improvisa cæpit irruptione, studiososque circiter quingentos, solos ausos captis armis resistere interemit, per cætera verò et hanc et reliquas urbes reliquit, nulli ⁷ constituto præsidio, versùs *Pyrenæos montes* properans ⁸, reliquo illic jungenda exercitui, qui versùs *Hispaniam* tendit, ubi *Imperator* belli molem excipere constituit ⁹. In *Pannoniis* nihil, ut audio, perficitur. Dominum laudamus quòd nulla dum clades sit accepta ¹⁰. *Protestantes* fecerunt quod in se erat, et faciunt

²⁻⁴ L'amiral turc envoyé par Soliman était le fameux *Barberousse*. Il ne fit sa jonction avec la flotte de *François I* qu'en 1543 (Voy. de Hammer. Hist. de l'empire ottoman, V, 350, 351). L'alliance entre ces deux monarques datait de 1534 (III, 250, n. 3; 251, n. 5), et elle persistait, au grand scandale d'une partie de la Chrétienté.

⁵ Le marquis *Alphonse du Guast*, gouverneur du Milanais pour l'Empereur (VII, 201, 204).

⁶ N° 1137, note 8.

⁷ *Guillaume*, duc de Clèves et de Gueldre.

⁸ Dans l'édition de Brunswick : *nullo*.

⁹⁻¹⁰ *François I* faisait investir *Perpignan* par une armée de quarante mille hommes : mais la défense fut très vigoureuse. *André Doria* y avait envoyé par mer tout ce que l'Empereur avait sauvé d'artillerie de son expédition d'Alger, et le duc d'Albe commandait dans la ville (H. Martin, VIII, 281, 282).

etiamnum, sed nihil proficiunt soli et reliquorum auxilio aut commeatu potius atque belli nervo, pecunia, destituti¹¹. Quare aut induciae suscipientur, vereor malè faustæ, aut de nova expeditione ærisque exactione providendum, quam et moliri feruntur.

*Nos quidem quietem unuc agimus hïc, sed vereor malè par ut firma duraturaque stare hac in ecclesia possit, eo durante homine qui assertionem sacri ministerii cum suis partibus probare non videtur*¹² : quam tamen nos obmittere neque possumus neque debemus : constanter, quantum in nobis est, advigilaturi uti ministerii agnoscat autoritas, *symbolorum usus* sacer augustusque habeatur, et catholica ecclesiarum provehatur ac confirmetur consensus : qua in re Christus faxit Dominus, ne quid vel per ignaviam vel incogitantiam committamus nostræ (*sic*) indignum functioni publicæque ædificationi obfuturum. *Pestis in agro nostro germanico recrudescit*, quæ et absumpsit nobis aliquot eximia organa, ut in copiosa messe operariorum depleremus penuriam. Sed et hæc Domini manus est ad pœnitentiam vocantis, Dominus Jesus te servet, et nos ama, amantissime Calvine, Literis tuis obsecro saepe me interpella, excita, mone. Saluta fratres et cooperarios in Domino. Salvum te cupiunt D. D. *Contzen., Beat., Gryn., Telamonius*¹³, jam ducta uxore et locuplete et honesta sponsus. Bene vale. Scripsi Bernæ, 16 Septemb. Anno 1542.

T. SULTZERUS.

(*Inscriptio* :) Eximio Christi servo Domino Joanni Calvino, viro doctissimo, amico et patrono suo.

¹⁰ Cette phrase se termine dans l'original par les mots suivants, que Sultzer a biffés : « sub duce tam et improvido et infelici *Ferdinando*. »

¹¹ Ranke, o. c. IV, 239-243, donne maints détails sur l'imprévoyance et le désordre qui paralysèrent l'armée impériale chargée de résister aux Turcs en Hongrie.

¹² Allusion au pasteur *Érasme Ritter*.

¹³ *Beatus Gering, Thomas Grynæus* et le jeune professeur *Bernard Tillmann* (VII, 286, n. 13-14).

1159

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

De Genève (entre le 12 et le 19 septembre 1542.)

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calv. Opp. XI, 442.

Petis ut tue prolixitati ignoscam¹. Ego igitur ne similem veniam petere abs te cogar, non modò brevis ero, sed abscissus etiam. *De Zebedæo* non est facile consilium, quia parùm proderit consultari quod exequi simul nequeas. *Duplicavit culpam stultæ suæ protectionis et profani jurisjurandi, non correxit*². Utinam istis documentis monitus aliquando discat non ita sibi indulgere. Si tibi commodum esset huc usque commeare, sermone fortè plus quàm literis efficeremus. Hoc partim dico quia *Claudius Francus*³ ad suas nuptias vult te accersere, quas altero ab hinc Dominico die celebrabit. Sed altiùs specto : ut scilicet paululum te nobiscum reficias ex illis molestiis, quæ te exeruciant⁴, et simul inter nos conferamus. *De successore*⁵ etiam hæsito. Nemo

¹ Allusion à une lettre perdue.

² *André Zébédée* avait, sans doute, entrepris de justifier, devant les pasteurs de la Classe d'Yverdon, son adhésion à la formule de *Pierre Kuntz* (N° 1150, n. 6).

³ Sur *Claude Franc*, voyez la note 7 du N° 1143.

⁴ Dans sa lutte incessante contre les vices et les désordres, *Viret* n'était soutenu ni par les magistrats lausannois, ni par son collègue *Béat Comte*, qui se montrait peu soucieux de conserver l'estime publique.

⁵ Le successeur de qui? — de *Zébédée*, ex-pasteur de la ville d'Orbe? — Fribourg l'avait suspendu de ses fonctions, le 5 juin (N° 1127, n. 22), mais Berne lui avait aussitôt substitué *Thomas Malingre*, que *Zébédée* dut remplacer à *Yverdon*. Il faut donc chercher ailleurs le poste qui allait devenir vacant.

Nous avons lieu de croire que *Viret*, dans la lettre à laquelle *Calvin* répond, déplorait la conduite légère de son collègue *Béat Comte*, qui venait de provoquer, à *Lausanne*, des commentaires défavorables. Le Consistoire lausannois s'était occupé de lui, et la Classe de Lausanne devait prochainement examiner s'il était encore digne d'exercer le ministère de la parole de Dieu (Voyez la lettre de *Calvin* écrite vers le 8 décembre, et celle du 19 janvier 1543).

enim idoneus erit, nisi bene exercitatus. Talem non habemus hic ad manum. Si *Celius* illuc potiùs adjiceret animum⁶ quàm ad scholarum præfecturam⁷, non displiceret. *Turterum* verò suffici nescio an expediat⁸. *Una illa me cura angit ac torquet, ne si diutius differamus, inquietus ille spiritus⁹ tanquam in vacuum possessionem irrumpat.* Quid si ad Natalem *istuc* aut *Ribittus*¹⁰ aut alius quispiam concederet: et interea dispiceremus de certiore ratione? Hoc dico quia nihil melius occurrit. Atque, ut fatear, cum de te et vobis omnibus cogito, ferè exanimor. Obsecro tamen, quoad possum, ut sine literis aut aliqua status tui significatione neminem huc venire sinas: De *Imberto*¹¹ ita ut scripsi¹² mihi narratum fuerat¹³: imò etiam *urbe* aufugisse¹⁴ et se aut in *Germaniam* aut aliò procul contulisse: sed non memini authoris. *Tametsi illum salrum cupio, moriamur tamen, et ipse et nos omnes, quàm ut tale crudelitatis exemplum¹⁵ et nostro seculo demus et ad posteros relinquamus.* Vale, frater integerrime et mihi in Domino charissime, Saluta omnes amanter, *Celium, Imbertum, Ribittum* et familiam tuam. Iterum vale.

JOANNES CALVINUS TUUS.

Scripsi turbato animo, et tumultuariè ac festinanter.

(*Inscriptio* :) Petro Vireto pastori Lausanensis ecclesie fideliss., fratri et amico chariss.

⁶ *Celio Curione* parlait donc le français, puisqu'il est ici proposé comme candidat pour une charge de prédicateur à *Lausanne*.

⁷ MM. de Berne voulaient confier à *Curione* les fonctions de principal (*ludimagister*) du Collège de Lausanne (*schola inferior*, par opposition à la Haute-École, qu'on ne tarda pas à décorer du nom d'*académie*), et il devait s'occuper spécialement des XII écoliers-pensionnaires de LL. EE. (Cf. les N^{os} 1155, n. 7, 1160, n. 7).

⁸ *Hugues Tartaz*, pasteur à Meyriez, près de Morat, était natif de la ville d'Orbe et parent de la femme de *Viret*.

⁹ Dans cet « esprit bouillon » on reconnaît *Zébedée*.

¹⁰ Ce personnage était peut-être *Hippolyte Rebit* ou *Ribit*, qui figure, avec ses frères, dans le Registre du Consistoire de Genève, au 31 août 1543 (Calv. Opp. XXI, 319).

¹¹ Probablement *Imbert Paccolet*, professeur d'hébreu à Lausanne. Voyez les Indices des tomes IV-VII.

¹² Encore une lettre perdue.

¹³ La phrase suivante jusqu'à *contulisse* est écrite à la marge.

4160

PIERRE VIRET à Jean Calvin, à Genève.

De Lausanne, 19 septembre 1542.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 111^a. Calv. Opp. XI, 443.

S. *De decanorum responso et formula Conzeni, tecum sentio placidè*, de qua re fortasse aliàs familiariùs colloquemur. *Voluïssem decanos secutos nostrum consilium. Zebedæum* non potui convenire priusquam classem¹ convocaret, necdum mihi visus est postquam *Berna* rediit², quamvis literis à me seriò et instantissimè vocatus. Aliàs, ecclesie cum alligatior esset³, ob levisimas quasque causas cursitabat : nunc penè solutus⁴, vix evocari ad res admodum necessarias potest. Noluit scholasticam conditionem admittere, sed quas ob causas, nondum habeo satis compertum : quod tamen non puto sine numine factum. Nam ex quo hinc abiit *Cælius*⁵, cum literis nostris commendatitiis, quibus hominem commendabamus ut dignus videbatur, accepit *præfectus* literas à Senatu, quibus monetur admissum esse *Cælium* ad hanc conditionem⁶, ut ei domum adornet⁷ et collegium

¹⁴⁻¹⁵ Ce passage reste obscur. On ne sait pas si *Imbert* s'était enfui de *Lausanne* pour éviter la peste, qui commençait à y faire des victimes. La « cruauté » dont on l'accusait aurait-elle consisté à abandonner sans ressources sa femme et ses enfants ? Quoi qu'il en soit, *Calvin* continua à le faire saluer dans les lettres qu'il adressait à ses amis de Lausanne.

¹ Sous-entendu *Iverdunensem*.

² *André Zébédée* pouvait être de retour de Berne depuis le 31 août ou le 1^{er} septembre.

³ C'est-à-dire, avant le 5 juin 1542 (N° précédent, n. 5).

⁴ Parce qu'il n'était plus le pasteur des Évangéliques d'Orbe.

⁵ *Celio Curione* écrivait à Calvin, le 7 septembre, qu'il repartirait le 13 pour l'Italie. Mais il s'était déjà mis en route, le 7, pour Berne, Zurich et le canton des Grisons.

⁶ Voyez la note 7 du N° 1159.

⁷ Maison que *Celio Curione* devait habiter avec les XII écoliers-pensionnaires de MM. de Berne (t. VI, p. 340-343). Voyez aussi l'opuscule de M. le professeur Henri Vuilleumier intitulé : « Les douze escholiers de

instruat ea qua opus est suppellectile. Additur præterea ei a Senatu decretum salarium 400. flo.[renorum], modiorum tritici 3. vini curruum 2. aut 3. Puto et pecunias ad impensas esse additas, ut commodiùs huc *familiam* transferret. Priusquam mihi tuæ literæ⁸ redderentur, jam à nobis discesserat, quo factum est ut tuas ei reddere non licerit, quas resignavi et asservavi. Quod autem vereris ne se committat periculis et præjudiciis, id ultro facturum est quod consulis. Non enim decrevit *Ferrariam* præterire⁹. Sed de his jam satis.

*Redeo ad tuas literas et senatusconsultum*¹⁰. Ut ingenuè fatear apud te quod sentio, est quod desiderem in hoc negotio, nec dissimulavi. *In ea eram sententia ut clariùs eloqueremur quod sentimus, occurreremus periculis et præjudiciis quæ tu colligis : sed aliis*¹¹ *visum est, ipsis literis*¹² *hæc omnia satis caveri et nostris occurrere querelis. Non putabam esse in certamen descendendum, sed minùs tamen committendum. Sed si nostri hæc in parte fuere faciliores, ne putes ab aliis*¹³ *hanc pensari facilitatem majore cura. Vuleo et audio aliis meliùs esse satisfactum, nec constituisse aliud quidpiam esse respondendum. Ad præfixam diem Albanam*¹⁴ *me contuli, sed aliarum duarum classium*¹⁵ *nemo adfuit. Causatur adversam tempestatem Pariatus*¹⁶. Quid

Messieurs. Lausanne, 1886, » in-12. — Ernest Chavannes. Extraits des Manuaux du Conseil de Lausanne, II, 130.

⁸ La lettre de Calvin du 11 septembre à laquelle répond Viret.

⁹ C'est à *Ferrare* que sa famille devait le rejoindre, après avoir quitté *Lucques* sans espoir de retour.

¹⁰ Les nouveaux éditeurs de Calvin disent, p. 444, note 4, à propos de ce décret : « die 22 Augusti factum, non 15, ut Simlerus habet. » Nous avons vu, au contraire (N^{os} 1147-1148), que la date donnée par Simler est exacte.

¹¹ C'est-à-dire : ses collègues de la Classe de Lausanne.

¹² Le mandement du 15 août, adressé aux six Classes du Pays romand (N^o 1147).

¹³ Viret désigne ici *les autres Classes*, dont la décision fut, qu'il n'y avait rien à répondre au mandement de LL. EE.

¹⁴ Dans la ville d'*Aubonne*, située à 4 lieues O. de Lausanne, devaient se réunir les deux Classes indiquées plus bas, et celle de *Morges*.

¹⁵ Les Classes de *Thonon* et de *Gev*, comme on le voit par les deux phrases suivantes.

¹⁶ Selon *Gérard Pariat*, doyen de la Classe de Thonon, le mauvais temps avait empêché ses collègues de traverser le lac.

*Gaienses*¹⁷ impediverit, me latet. Dabo operam ut *nostris ad Senatum literis* respondeatur quàm fieri poterit mitissimè, sed ita ut non penitus malè consulatur nostræ libertati¹⁸.

*Colligis multa incommoda, quæ tametsi satis apertè inde consequi videntur, non arbitror tamen eò spectare auctores*¹⁹. *Toti eò rapiuntur ut papismum et lutheranismum excludant : quam causam ita agunt, ut præcludere viam ad omnem disciplinam ecclesiasticam videantur*, quamvis certò sciam plurimos esse ex eorum numero, qui non postremas partes in hac controversia tenuerunt, qui secùs sentiant. Nam quam de aliis quibusdam ritibus, ac præsertim excommunicatione, nihil actum sit in Disputatione²⁰, ne putes eos tam latè voluisse suum edictum extendere, neque minùs penes nos ejus interpretationem quàm ipsos auctores futuram arbitror. *Quòd si tyrannidem exercere velint, poterunt etiam sine ullo suo edicto* : sed video aliter affectos, *quamvis nos non oporteat nimis esse securos et posteritatis negligentes*. Porrò, quod scribis « nos ignota approbare, » verum sanè esset si *Bern[ensis]* tantùm *disputatio* proponeretur, sed huic *Lausannensem* annectunt, in qua quid actum sit, tu testis es²¹. Tametsi non omnia ad unguem expressa sint, nihil tamen obstiterit quo minùs clarior et fusior doctrina tradi possit, modò ea adhibeatur cautio, ne quid durius excidat. Qui infensiores hostes visi sunt in hac causa et acriores receptæ opinionis propugnatores, non offenduntur tua quam profiteris in *Institutionibus* sententia²², nec aliis fortè, si te tuorum verborum audirent interpretem. Multa in nobis sita sunt, si modò prudentes simus dispensatores. Faciam ut exemplaria videas nostrarum literarum²³.

¹⁷ *Gaienses*, ceux du Pays de *Gex*, près de Genève. Viret avait d'abord écrit *Jacob*, qu'il a effacé : c'était le prénom de *Camerle*, doyen de la Classe de *Gex*.

¹⁸ La Classe de Lausanne chargea, en effet, l'un de ses membres de composer une réponse au mandement de MM. de Berne (Voyez la note 23).

¹⁹ Le jugement que *Viret* porte ici sur les dispositions du gouvernement bernois, pouvait, en 1542, paraître équitable. Mais la crise ecclésiastique de 1558 donna raison à la clairvoyance de *Calvin*.

²⁰ La Dispute de Berne de 1528.

²¹ Voyez, sur la présence de *Calvin* à la Dispute de Lausanne (octobre 1536), le t. IV, p. 88, note 11.

²² Dans la seconde édition de *l'Institution chrétienne* (Argentorati, 1539), *Calvin* traite de *l'excommunication* dans le chap. IV, p. 145, 146.

Ceterùm, de *Sebastiano* ²⁴ nescio quid scribam, nisi quod à me audivisti. Doleo tibi tantum esse molestiarum. *Negelius* ²⁵ *Bernam rediens multis apud me commendavit humanitatem et civilitatem Generatium* : qui videtur mihi et in te et civitatem non malè affectus. Ego, quoad ejus fieri potuit, conatus sum hanc ei opinionem augere et confirmare. Hic tabellarius tibi notus referet quae de *Farello* audivit *Neocomi*. Saluta omnes meo nomine. Nostri te salutant. Vale. Lausannae, 19 Sept. 1542.

Tuus P. VIRETUS.

(*Inscriptio* :) Pietate et eruditione ornatiss. Joanni Calvino, Verbi ministro fideliss. Genevae.

1161

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

De Genève, 25 septembre 1542.

Copie contemporain. Bibl. Publ. de Genève, Vol. n° 196.

Calv. Opp. XI, 445.

Hic frater, sicut nosti, commendatitias mihi attulit a *Matthæo* ¹ quas tibi remitto, ut videas quidnam à me petat. Id enim meliùs fore censui quàm verbis meis id referre. Nunc si qua erit ratio ipsum adjuvandi, rogatum te velim ut operam ei tuam impendas. Quamdiu enim hic apud nos fuit, semper

²⁵ Au jugement de *Calvin* (N° 1163, renv. de n. 4), cette réponse était « couragense et assez énergique. »

²⁴ *Sébastien Châteillon*.

²⁵ Selon les nouveaux éditeurs de *Calvin*, p. 445, note 11, c'était « *Sébastien Nagueli*, bailli de Lausanne. » Il l'avait été jusqu'en 1541; mais en 1542, cette charge était remplie par *Antoine Tillier*.

¹ Nous sommes disposé à croire que ce *Matthæus* était « l'ami commun » de *Calvin* et de *Sultzer* (Voy. la lettre de celui-ci datée du 31 janvier 1543), et qu'à l'aide de futurs indices il pourrait être identifié avec *Matthieu Blanch*, élu régent de l'école de *Nyon*, le 19 octobre 1536 (IV, 92).

optima signa dare mihi visus est recti ac simplicis animi : quod summum est ac præcipuum. Deinde, quantum potui observare, si ad munus aliquod adhibitus fuerit, sedulò ac diligenter in eo versabitur. Postremò, utcumque non sit doctissimus, tamen puræ doctrinæ studiosus apparet. Hoc præterea me movet, quòd non parùm referet, eum qui locum obtinebit ad quem adspirat, tibi esse obstrictum, et esse non malum. *Matthæus* autem, ut vides, vehementer laborat, nec cessabit pro sua parte, donec aliquid efficiat. Nunc si suffragationem tuam addas, uterque tibi fiet conjunctior. Facies igitur quod fidei officiique tui esse statues. Vale. Hodie literas per *Nicolaum*² scribam. 1542. 25 Septembris.

Jo. CALVINUS tuus.

(*Inscriptio* :) Petro Vireto, Lausannensis ecclesiae pastori, fratri mihi charissimo.

1162

SIMON SULTZER à Jean Calvin, à Genève.

De Berne, 4 octobre 1542.

Copie moderne¹. Bibl. nationale. Coll. du Puy, t. 102.
Calv. Opp. XI, 452.

Salve, mi amantissime et observande frater. *Non injuria miraris in tam gravi ecclesiae nostrae tempestate*, qua nuper tantum non semel est obruta, *tam pertinax nostrum silentium*, quippe qui nec instans periculum nec invalescens certamen, nec denique totius hujus tragœdiæ historiam perscripserimus amico, qui nimirum et consiliis et consolatione adesse nobis in tanta necessitate poterat. *Verùm mirari desines, in ipsa saltem actione nihil [te] literarum accepisse, si intelligis quot res simul nos*

² Probablement *Nicolas Le Fert* (VII, 16), beau-père d'*Antoine Calvin*.

¹ Écrite au siècle passé et très imparfaite. Nous en avons corrigé quelques fautes, sans les signaler.

omnes occuparint, quippe qui velut in altissima pace agentes nihil malorum non solum expectabatur (*sic*), verum ne per somnium quidem praecogitabatur, dum incendium *ille noster*², unius horae spatio sic excitavit, effusa semel quam aluerat sub pectore virulentia, ut jam, quod alibi Hiero scribit, lamberet ignis tecta lateque pervagans vastaret omnia. *Sic etenim properabatur illico in eo negotio, ut ne nobis quidem inter nos concederetur justa deliberandi facultas, nedum*, quod et par erat et nos unice flagitabamus, *ut conferre cum aliis passim fratribus in re tanta liceret. Satisque adparebat jam ad certum temporis articulum antagonistae fuisse meditata preparataque omnia. Triduo enim et cepta est et absoluta causa*³. Nos igitur, quod unum licebat, precibus ad Dominum configimus, cujus manum in ipsa conflictus $\alpha\zeta\mu\eta$ sanè ancipiti et periculosa potenter sensitus : *cecideratque tum pro voto quam publice acceperam* [1. *acceperamus?*] *a Consule sententia, doctrinae libertatem relinquens pacemque commendans*⁴. Itaque tum contenti abundè et cum gaudio discessimus.

*Verum hoc idem mox acouito temperavit uestigio quorum raffricies, ut tabulae negotii testificatrices*⁵ *non solum diversa, rerum* [1. *verum*] *et pugnantia responso dato complecterentur, quibus et confessionis Basiliensis usus et Catechismi a Bucero repurgati penitus negabatur*⁶. *Quod cum nos* [non] *recepturos animadvertent, convocato minore, mox etiam majore Senatu, transigenda curarunt*⁷ *principes civitatis eadem qua prius festinatione, ut*

² et ¹¹ Le pasteur *Érasme Ritter*.

³ Le différend datait de loin, mais la crise qui le termina, en apparence, n'avait duré que trois ou quatre jours (N° 1147, n. 2, 3, 10, 13). Selon Hundeshagen, op. cit. p. 165, cette crise fut provoquée par *Pierre Kuntz*, qu'on accusait, à Zurich, d'avoir répandu secrètement des écrits contre la doctrine zwinglienne de la sainte Cène (Voy. Füsliu, o. c., p. 216). *Ritter* attaqua *Pierre Kuntz* à propos d'un sermon sur la charité, dans lequel celui-ci avait soutenu qu'elle interdisait à une église particulière de se séparer des autres. *Kuntz* faisait sans doute allusion aux attaques de *Ritter*, quand il disait, le lundi 31 juillet, devant le Petit Conseil : « On a entendu comme j'ai été blessé, hier, par des railleries empoisonnées. » (Trad. de l'all. Mannel du d. jour).

⁴ Voyez le N° 1147, note 10.

⁵⁻⁶ C'était une copie de l'ordonnance du 3 août, qui, sur quelques points, disait le contraire de celle du 2 (N° 1147, n. 13, 15-16).

ne tum quidem communicari cum aliis negotium fieret integrum nobis, nisi quòd ego, nescio quid presentiens, proprium meis sumptibus tabellophorum ad D. *Mycon.*[*ium*⁸] misi: à quo repentinam consolationem tantùm accepimus.

Intelligitis⁹ igitur, mi Calvine, te nulla negligentia neque oblivione tui esse praeteritum. Sed quòd ne catastrophem quidem tragœdiae perscripserim, inde factum est quòd et nollem te nimirum ejus historiae ἀρροζύζτι lassatum demùm fatigare, et quòd *Viretum*, qui postremo eventui interfuerat¹⁰, ipsum enar-

⁷ Nous résumons le second tiers du procès-verbal du 15 août :

Les quatre prédicants ont encore présenté leur requête d'hier (Cf. p. 100 au bas). Cependant *Sultzer* et *Schmid* se sont engagés à expliquer les mots [obscur] qui causent du mécontentement. Là-dessus on décide : Primo, que [le secrétaire] *Nicolas Zur Kinden* n'a point failli en n'écrivant [pour les ministres?] que l'ordonnance qui a été en premier lieu adoptée par le Petit Conseil et ensuite par celui des Bourgeois, mais qu'il est entièrement justifié de cela. Quant à cette observation des quatre prédicants, qu'on leur a donné par écrit une autre réponse que celle qui leur a été faite oralement par M. *V. Acoyer*, — mes Seigneurs éprouvent un grand déplaisir de ce que les prédicants allèguent si souvent que mes Seigneurs veulent leur « interdire » la Parole de Dieu.... Cela n'est pas. Mais puisqu'ils demandent qu'on les laisse entièrement au bénéfice de la première ordonnance, et que *la Confession [de Bâle]* soit conservée, et que le dernier *Catéchisme* ne soit pas changé..., mes Seigneurs veulent bien qu'ils prêchent en toute liberté la Parole de Dieu, et qu'ils se servent de *la Confession* et du [dernier] *Catéchisme*. Toutefois, à cause qu'il s'y trouve des mots obscurs et inusités ici... (Voyez, pour la suite, le N° 1147, p. 101, dès la 2^{me} ligne). Et, après leur avoir fait cette concession, le Conseil leur adressa les exhortations que nous avons mentionnées plus haut (p. 102-103, note 24).

Si nous avons bien compris ce procès-verbal du 15 août, *Pierre Kuntz* et ses trois collègues auraient finalement obtenu gain de cause, relativement à *la Confession de Bâle* : ce qui expliquerait leur soumission (N° 1147, n. 24).

⁸ *Oswald Myconius*, antistes de l'Église de Bâle. Melchior Kirchhofer (Biographie de Myconius, Zürich, 1813, p. 349) dit que les pasteurs bernois s'adressèrent aussi à *Théodore Brand*, chef des tribus de Bâle ; que *Myconius* recommanda la modération à ses collègues de Berne, et qu'il leur écrivit que la chaire sainte n'était pas faite pour la polémique.

⁹ Une phrase précédente : *Non injuria miraris*, etc., fait allusion à une lettre récente de Calvin. *Intelligitis* semblerait annoncer qu'il avait parlé aussi au nom de *Viret*.

¹⁰ *Viret* était parti pour Nenchâtel le 9 août (N° 1144). Il put arriver à *Berne* le 12 ou le 13 ; mais le Manuel du Conseil ne dit rien de lui.

raturum singula conjiciebam. Verùm si quid est ea in parte parùm officiosa cessatione peccatum à me præstitum, cupio gratiam mihi fieri. Quidquid enim deinceps contigerit, faxo quàm primùm intelligas, qui nos et consiliò et precibus juvare plurimum potes. Nam nos quidem pacem Ecclesie constantem, ut optare possum[us], ita sperare non possum[us], quando novimus undequaue doctrinæ superiori nobisque paratas insidias, neque hominem istum¹¹ quoad vivit conquiescere posse. Sic est justum judicium Domini in nos his rationibus nos (ut scribitis¹²) probantis et humiliantis. Sed perdet idem qui loquuntur mendacium, et vir linguosus non dirigitur in terra et incidet in foveam quam fecit. Donet modò nobis Christus ut constanter libereque stare in veritate¹³ atque certare possimus, patienterque omnes Satanae insultus sustinere citra amarulentia rationem¹⁴; his enim solis armis hostis vincitur. Causam hanc Christi esse et ecclesiarum novimus : quò magis advigilare par est, ne quid per incogitantiam et nobis et ministerio indignum committamus. Opto rerum tuarum ecclesiaeque statum istie significes. Vale, mi frater observande, et nos ama. Pluribus in presentiarum non licebat. Scripsi 4^o Octobris 1542.

T. SULTZERUS

1163

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

De Genève (5 octobre ? 1542.)

Copie contempor. Bibl. Publ. de Genève, Vol. n° 111 a.
Calv. Opp. XI, 446.

*Solus lege*¹. Quo die tibi per *Nicolaum* scripturus eram².

¹² Dans l'édition de Brunswick, *scribitur*.

¹³ Ibidem : *pro veritate*.

¹⁴ Ibidem : *stationem* (?).

¹ Ces deux mots sont écrits à la marge.

² Voyez la fin de la lettre de Calvin du 25 septembre.

aliud negotium intervenit : quo factum est ut non præstiterim quod receperam. Nunc cum nuncium ad te quærerem, hic frater commodùm mihi oblatum est, nisi quòd rogabat ut statim responderem. Verùm cum excusarem me non tam citò posse, quoniam instaret hora *consistorii*³, non difficulter mihi totum diem concessit. Quia autem ne sic quidem multum temporis mihi restat, singula de quibus tecum agere institui breviter perstringam.

*Literæ ad Senatum*⁴, quando aliud remedium, quod mihi videbatur melius, sublatum est, *vehementer placent. Sunt enim satis viriles et animosæ. Deinde viam præcludunt malis ac tyrannicis exemplis. Erasmus*⁵ *judico nimis molliter tractari, præsertim cum alii*⁶ *durius castigentur*, qui et meliorem causam habuerunt, nisi fallor, et minùs in agendo peccarunt. Neque tamen hoc ideo dico, quia velim vos illis adulari ; sed videndum vobis est ne, dum plures meritò reprehenditis, videamini in simili causa *uni* parcere. Utenque sit, res tamen meliùs habet quàm sperare ausus fuissim. Faxit Dominus ut *literæ vestrae* bene ab hominibus exaudiantur⁷.

De bonis ecclesiasticis nihil ferè habeo præter auditum⁸. *Di-*

³ Le Consistoire se réunissait ordinairement le jeudi. Le Registre de ce corps ne mentionnant point de séance au jeudi 28 septembre, on peut en conclure que Calvin parle ici de celle du jeudi 5 octobre.

⁴ C'est la lettre que la Classe de Lausanne se proposait d'adresser à MM. de Berne, en réponse à leur mandement du 15 août.

⁵ Le pasteur bernois *Érasme Ritter*.

⁶ Ceux des collègues de Ritter qui étaient partisans de la doctrine de Bucer sur la sainte Cène.

⁷ Cette lettre que la Classe de Lausanne se proposait d'adresser au Conseil de Berne n'a pas été conservée. Il paraît que la Classe différa d'abord de l'envoyer, puis résolut d'en faire remanier le texte, en y ajoutant des représentations sur la vente des biens ecclésiastiques (Voy. la lettre du 1^{er} novembre suivant).

⁸ Dans sa lettre du 19 septembre, *Viret* ne disait rien de *la vente des biens d'Église* ; mais, quelques jours plus tard, il demanda l'avis de *Calvin* sur cette question, qui venait de prendre une importance toute nouvelle.

Après leur conquête du Pays romand, MM. de Berne avaient mis la main sur les biens ecclésiastiques, et ils en avaient d'abord disposé avec justice et prudence. Ils en donnèrent une partie aux villes et aux communautés pour les écoles et les établissements de bienfaisance ; une autre partie fut consacrée à l'entretien des ministres et à la fondation de l'académie de Lausanne. Quelques biens, il est vrai, furent vendus à des particuliers (Voyez Ruchat, IV, 395-405). Mais, en 1542, tout le reste, et

cam igitur primum quid audierim, deinde quid sentiam. Proscripserunt quidquid erat censuum ac reddituum se vendituros hac lege, ut pars ad manum numeraretur, ex reliqua summa conficeretur annua pensio. Addunt exceptionem, ne diutius asserant ac tueantur possessionem emptoribus donec provinciam obtinebunt⁹. Hac conditione emit *Petrus Vendelius*¹⁰ prioratum mille quingentis coronatis; alii vites, alii agros, alii domos. *Iam quid sentire possim, ipse per te conicies. Vides alienationem fieri, Ecclesiam relinqui nudam, ut magistratus det quasi de suo quantum libuerit*¹¹; *quod si officio suo non satisfaciat, possit eam ipsam portionem quam distribuet imputare*¹², *et de ea auferenda minari.* Vobis autem quid faciendum sit non est facile explicare, praesertim cum pauci sint qui se magno animo invidiae objicere audeant, plures connivendo malint partes suas deserere, atque ita retinere hominum gratiam, quam constanter ac for-

il était considérable, fut adjugé au trésor public. La première mention de cette vente générale se trouve dans le Manuel du Conseil au 31 juillet 1542. L'avoyer *Nagueli* et le trésorier *Augsburger* furent députés *ad hoc*. Ils reçurent leurs instructions le 4 octobre.

« Au mois d'octobre (dit *Pierreleur*, p. 216), furent envoyés de *Berne* certains commis et ambassadeurs ayant charge de vendre tous bénéfices, comme priores, cures, chapelles, terres, vignes, prez et autres possessions estans du bien des églises, quels qu'ils fussent, réservez les diesmes et censes, qu'ils retenoyent à eux, au plus offrant et dernier enchérissant. » Le grand nombre des domaines mis en vente à la fois devait éveiller les inquiétudes de nos Réformateurs.

⁹ Cette réserve était de rigueur. Nous lisons dans un extrait des Registres du Conseil de Genève : « Le 25 août 1542, le roy des Romains [*Ferdinand*] demande que MM. de Berne ayent à restituer *la Saroye* à son Prince : ce qu'ils n'ont voulu faire. » Et, au 28 : « Sur le départ (la décision des arbitres) de Bâle, que MM. de Berne ne veulent pas tenir à cause des deux articles [en litige], a été arrêté que l'on preme patience *pendant qu'ils tiendront le pais*, et non autrement. » (Voy. A. Roget, o. c. II, 92).

¹⁰ *Pierre Wandel*, membre du Petit Conseil de Genève, depuis 1540, et ancien capitaine général (III, 376; V, 27. — A. Roget, o. c. I, 28, 38).

¹¹ Calvin avait déjà qualifié, devant le Conseil de Genève, l'aliénation des biens d'Église (N° 1141).

¹² *Imputare* est très lisible dans la copie de *Jouvilliers*. Il suffit de suppléer le mot *sibi*, que l'écrivain aura omis dans la hâte de la composition, et l'on obtiendra un sens naturel. On a proposé la variante *amputare*; mais ce verbe, suivi de *et de ea auferenda minari*, aurait formé, ce nous semble, un pléonasme.

titer loquendo incurrere in offensionem. In hoc autem negotio nihil agitur sine consensu. Ergo frustra aliquid inchoare studeas, nisi omnes habeas tibi conjunctos. Hoc tamen certè à nobis præstandum est, ne aut verbis aut ulla alia significatione rem non bonam approbemus.

Gaudeo quòd nuper me non frustra fatigaverim scribendo in *Italiam*, quando literæ meæ in tempore venire non poterant¹³. *Habemus hîc quoque alterum Italum, hominem senem, et ipso aspectu reverendum. Fuit apud suos magnæ autoritatis*¹⁴. Hîc vivit sumptu suo. Si poterit linguam discere, erit aliquando summopere, ut spero, utilis.

¹³ Ses lettres seraient parvenues à *Lausanne* après le départ de *Curione* pour l'*Italie* (N° 1155, n. 7).

¹⁴ C'était le célèbre prédicateur *Bernardino Ochino*, appelé parfois en latin *Ocellus*. Né à *Sienne* (1487), il s'affilia de bonne heure aux Franciscains de l'Observance, puis aux Capucins (1534), parce qu'il trouvait leur règle plus sévère. Ils le nommèrent vicaire général en 1538 et en 1541. A cette dernière époque, l'étude approfondie de la Bible l'avait pénétré des doctrines évangéliques, et il en était venu à proclamer ouvertement la justification par la foi, mais sans attaquer les abus et les erreurs de l'Église romaine. Toutes les villes où il prêchait étaient ravies de son éloquence. A *Modène*, en 1540, on commença à suspecter son orthodoxie. Ayant été envoyé à *Venise* pour y prêcher pendant le carême de 1542, il fut surveillé de très près, sur l'ordre du pape, et bientôt dénoncé. *Bullinger*, énumérant les réfugiés italiens qui s'arrêtèrent à *Zurich* (août-septembre) parle d'*Ochino* en ces termes : « D. *Bernardinus Senensis*, vir insignis sanctimonia et eruditione, venerandus senex et canus, proceræ stature et miram præ se ferens majestatem.... Mansit apud nos per biduum, de rebus religionis nobiscum collocutus. Brevia nobis apostolica complura exhibebat, quæ à pontifice *Paulo* acceperat, jubente illum primò *Jauuensibus* [scil. *Genuensibus*], dein *Florentinis*, inde *Venetis* prædicare. Ubi autem sensisset ipsum Christum prædicare, misso brevi apostolico *Romam* ipsum evocavit : abijt vir fortis, sed *Florentiæ* prohibetur et in *Germaniam* ablegatur à piis, perhibentibus *Romæ* paratum ipsi certum exitum. Abijt ergo *Geneam* tandem, ibi suis sumptibus victurus, propter *Italiæ* confinium. Curat autem plurimos ibi sermones Italica lingua scriptos imprimi et inde transportari in *Italiam*.... Habet autem non immeritò maximam apud *Italos* omnes autoritatem : imò ipsum propè pro divo exosculantur. » (Lettre du 19 déc. 1542 à *Vadian*. Autogr. Bibl. de St-Gall. Mscriptæ Epp. V, 160. — Voyez aussi *Calvini Opp.* XI, 479, 480. — *Aonii Palenrii Opera*. Recensuit *Hallbauer*. Ienæ, 1728, p. 102, 103, 294. — *Th. Maccrec*. *La Réf. en Italie*, trad. de l'anglais, 1834, *passim*. — L'ouvrage capital est celui du D^r *Karl Benrath*, intitulé : *Bernardino Ochino von Siena*. Leipzig, 1875, xu et 383 pp. 8°.)

*Joannes bibliopola*¹⁵, nuper istae reversus, mecum de *Zebedæo* locutus est. Dicebat paratum esse hunc [l. huc ?] venire, si locus foret. Nihil aliud respondi nisi me tibi scripturum. Quid autem scribam non habeo, quia facultate, ut seis, destituimur. Et tu meliùs colligere potes, quàm multa nos impediunt, quàm ego scriptis complecti.

Est aliud quod me vehementer excruciat. Cum putarem compositam esse litem cum Bernatibus, ecce derepente omnia abrupta. Jam decretum erat a Diacosiiis, remittendum esse *Bernatibus* quod petierant¹⁶. Restabant comitia¹⁷, de quibus habendis cum Senatus tractaret, *Amedæus noster*¹⁸ dixit : se retractare quod censuerat. Deinde magnificis verbis disseruit quàm turpis foret illa cessio. Nonnulli eum secuti sunt. Eò ventum est ut Sexaginta, postea Ducenti vocarentur¹⁹. Cum Ducentis res esset proposita, ecce *Paguetius*²⁰, quasi unicus Athlas reipublicæ, acerbis conviciis in eos invehi qui sponte urbem tam præclaro jure spoliarent. Eò autem usque contentione raptus est, ut Senatui forum lignarium minaretur, ubi decollari solent proditores. Tumultus gravis excitatus. Tandem in ejus sententiam discessum est, nisi quòd jussus est flexis genibus suppliciter veniam a Senatu petere. *Hoc verò totum, ut scias, ex Macrini prodiiit officina*²¹, *qui videtur mihi destinato consilio hoc captare, ut duæ civitates perpetuò inter se dissideant*²².

Nunc, si posses per tuam commoditatem, huc te mox conferre, valde mihi gratum foret. Nam etsi remedio nullus erit locus,

¹⁵ L'imprimeur-libraire *Jean Girard* était de retour d'une foire, peut-être de celle de Francfort, close le 22 septembre.

¹⁶ Voyez la fin de la note 9, et A. Roget. o. c. II, 92.

¹⁷ Le Conseil général.

¹⁸ Voyez sur *Amied* ou *Ami Perrin*, l'Index du t. III. Ce fut dans la séance du Petit Conseil du 25 septembre qu'il déclara avoir changé d'opinion.

¹⁹ Le Conseil des Soixante s'assembla le mardi 26 septembre, et le Conseil des Deux-Cents le lendemain (Roget, II, 94).

²⁰ Dans la copie on peut lire *Pagnetius* ou *Paguetius*. Le nom exact est *Paquet* (François), gendre de l'ancien syndic *Jean Balard* (Cf. Galiffe. o. c. I, 309). Il fut plus tard interprète au service du roi de France.

²¹⁻²² Un agent secret de François I ou de Charles III, duc de Savoie, aurait-il agi autrement que *Laurent Maigret*, surnommé *le Magnifique* ? Ce réfugié français avait rendu jadis quelques services aux Genevois, qui l'en récompensèrent avec libéralité (Voyez l'Index du t. III ; t. IV, p. 24 ; V, 220).

hoc tamen me et te juvabit, quòd hanc calamitatem inter nos deplorabimus. Verùm ne dubita : multùm proderit tuus adventus, modò Lunæ²³ huc te sistas. Causam tamen cave abs te quispiam intelligat. Nam jurejurando polliciti sunt silentium, quotquot aderant²⁴ : itaque non sine periculo foret. Fructum tuæ profectionis coràm audies atque, ut spero, senties. Vale, mi frater. Dominus te conservet, atque huc incolumem celeriter adducat ! Saluta fratres omnes et tuam familiam meo et *uxoris* nomine. Genève²⁵.

JOANNES CALVINUS tuus.

1164

MARTIN BUCER à Jean Calvin, à Genève.

De Strasbourg, 6 octobre 1542.

Calvini Epistolæ et Resp. 1575, p. 365. Calv. Opp. XI, 449.

De motu illo¹ idem omnino quod tu suaseram, quanquam non tam planè scripseram. Circumstantias causæ quas tu modò mihi exposuisti, ignoravi : ideo eam nunc petendam dilationem optaveram, dum remisisset sese illa animorum concitatio tam impiè excitata, et recepissent sese fratres ad defensionem veritatis gravem et claram. Hujus capita prima fuissent, *disputationem² nihil quàm crassam illam præsentiam dammare, et necessariò fatendum veram percipi in Eucharistia corporis et sanguinis Domini communionem : tum cætera quæ disciplinæ sunt, clarè a Domino præcepta esse,* ut dissimulari tacerique, nisi Christo

²³ Si la date que nous donnons à la présente lettre est juste, Calvin aurait engagé Viret à se trouver à Genève le lundi 9 octobre.

²⁴ On lit dans le procès-verbal de la séance des Deux-Cents du 27 septembre : « Il a esté dit et levé la main de tenir icelluy différend secret » (Roget, II, 95).

²⁵ La date a été déterminée dans la note 3.

¹ Allusion au différend qui s'était élevé entre les pasteurs de Berne (N^{os} 1162, n. 3, et 1147).

² La Dispute de Berne (1528).

abnegato, non possint. Tu me tuis literis perturbasti. Expertus enim sum multis in locis quantum causæ veritatis nocuerit insincera defensio et neglectus communionis. Christus gaudet virtutem suam sic explicare, ne videatur malorum affectuum patronus, et caput factionis.

Literæ meæ, ut nunc queritur N.³, non sunt ipsis allatæ. Consilium à me petit. Scribam igitur illi de sinceritate actionis, de necessitate communionis, de pia cautione, ne quid admisceatur ad causam Christi, de explicatione clara et ex Scripturis ipsis manifestè deprompta, qualis tua est⁴, quam ne inferi quidem calumniari queant. Denique de probis patronis, qui et Christi verè sint, et nostri tantum propter Christum. Illa tam execror de imaginibus, de adervatione symbolorum⁵, ut libenter fingerem mihi conficta esse per calumniam. Nam vitiosa hæc sunt, et submovenda, ubi remanserunt. De infirmorum communicatione motum aliquid audieram, et non improbabam⁶. Tu verò piè et necessariò facis quod facis : etiam in infirmis et vitiosis fratribus defendenda est causa Christi. Sed simul danda opera, ut infirmi aliquando roborentur, et vitiosi corrigantur. At dum ita partim ipsi fugimus, partim Satanæ prodimus pias Synodos⁷, quid nobis polliceamur ? Christus caput esse vult omnium membrorum suorum, et agere per universa non per singula.

Exhilarasti me, facta spe plenæ inter Bernates et vestram Rempublicam conciliationis⁸. Quanquam si non contrahatur et eccle-

³ Le nom supprimé était probablement celui de Sultzer.

⁴ L'explication donnée par Calvin dans son *Traité de la Cène du Seigneur*, publié en 1540.

⁵ C'est-à-dire qu'on accusait faussement Bucer d'avoir conservé dans le culte ces rites luthériens.

⁶ Berne s'opposait absolument à ce que la Sainte Cène fût administrée aux malades. Le 6 juin 1542, Jean-Henri Meyer, pasteur de Bætterkinden, village bernois, est cité devant le Conseil, parce qu'il a dit dans ses sermons, qu'on devrait pouvoir donner la cène aux malades, et que le *viaticum* dont parlent les Pères est très consolant. On lui ordonne de s'abstenir entièrement de pareilles innovations, qui sont contraires à la Dispute [de 1528], à la Confession et à la Réformation de mes Seigneurs (Manuel du dit jour).

⁷ Le gouvernement bernois ne voulait plus de *synodes* réunissant tous les pasteurs d'un même pays. Nous verrons bientôt ceux de la Classe de Lausanne demander le rétablissement de cette institution (N° 1174, n. 11).

⁸ Cet espoir de Calvin avait été récemment déçu (N° 1163, renv. de n. 16-21).

siarum societas, et restituatur unâ res ecclesiasticas tractandi facultas, nihil præstabis via conciliationis. Videmus quotidie, ut Dominus eos qui ipsius nomen jactant, conjungi non in se non patiat. Instabis igitur, et instabo ego tecum, ut causam Christi fratres quàm simplicissimè, et totam, et ex verbo Dei ipso, et *συνμάχους* purè Christianis agant. *Per ministerium restitui omnia necesse est : ergo ministerium ipsum priùs*⁹. Id verò non fiet, nisi conspirantibus et communiter agentibus quotquot inter se communicare poterunt.

*Meti Farellus unam duntaxat concionem habuit*¹⁰, quod sciam, et in cœmeterio Dominicanorum : qui cum aliud non possent, strepitu campanæ suæ verbum Domini populo avertere conati sunt. Sed *Farellus noster* voce intenta usque ad summam raucedinem, campanæ sonitum vicit. *Postridie tria millia aderant audituri : sed præcipui inter eos qui Evangelium petunt, et ipse Consul*¹¹, a *Farello* impetrarunt ut quiesceret dum rem eò deducerent, ut sine metu motus civilis concio haberi posset : quod brevi fore pollicebantur. Vocatus *Farellus* eodem diè ad summum consilium, et rogatus quo jubente prædicasset, et quo petente, respondit : « Christo jubente et petentibus membris. » Nec tamen voluit quenquam nominatim indicare. Et satis graviter ac piè coram illis de suo munere et prædicatione Evangelii disseruit, eosque officii sui admonuit. *Dum verò illi deliberarent quid de eo statuerent, fratres deduxerunt eum domum : et impositum equo qui magnitudine et habitu non absimilis esse Farello videbatur, simularunt se fratres quidam educere Farellum.*

*Interim quievit Farellus*¹², expectans legationem quam Evangelii [l. Evangelici] initio, statim cum ipse *Metim* venisset, miserant ad nostros, qui à nostris auxilium et ab universo fœdere peterent¹³. Visum enim fuit ut legati ex nostris Electorem

⁹ Plusieurs gouvernements de la Suisse réformée n'admettaient pas les idées de *Bucer*, de *Calvin* et de *Viret* sur l'autorité et les privilèges du ministère évangélique.

¹⁰ Le dimanche 3 septembre (N° 1157, note 2).

¹¹ Le maître-échevin *Gaspard de Heu*.

¹² Cela signifie que, pendant le reste du mois de septembre, *Farel* ne prêcha plus *en public*. Le P. Meurisse, op. cit., p. 44, dit la même chose, à sa manière : « *Farel* se retiroit toujours cependant, beuvoit, mangeoit, dormoit, catéchisoit et dogmatisoit chez *Gaspard Gamaut*. »

Sax.[onice] et Landgraviū adirent, et ab illis recipi in fœdus nostrum Rempublicam Metensem, in saniore illa sui parte quæ Evangelium petit, postularent. Id factum est. Landgravius causam comprobavit et ad Electorem statim retulit¹⁴ : interim tamen, quia res moram non ferebat, decrevit legationem mittendam ad Metenses, nomine communis fœderis, quæ postularet ab adversariis, ut nostris unum templum, et liberam concionem et Sacramentorum administrationem concederent. Dedit ipse Legatum unum, alterum Francfordienses, tertius noster¹⁵ erat. Hi in mandatis habent, nihil non tentare ab adversariis, ut impetrent quod petitum missi sunt. Eo etiam adjuncto, fœdus nostrum non posse deesse fratribus tam sancta et pia petentibus. Idque interesse totius Romani Imperii. Vide ut audeamus. Spes itaque est, etiamsi adversarii quod petitur ultro non concedant, ut tamen quieturi sint, si nostri hac legatione animati per se Farello concionari fecerint¹⁶. Satan in eo quoque multum laboravit, ut si Evangelium non posset omnino, tamen ex parte averteret huic populo, aliquo pro Farello obtruso, qui non εἰλικρινῶς, οὐδ' ἐ ζεζῶς¹⁷. Obstitimus huic Satanae quoad licuit. Cras spero aut hodie, reverso D. Jacobo¹⁸, audiemus quid dederit Dominus.

¹³ Selon Seckendorf (livre III, p. 399 a), ce fut au mois de novembre que les Évangéliques de Metz envoyèrent leurs députés, *Jean Niedbrucker* et *Jean Carquien*, pour demander aux confédérés de Smalkalden de les recevoir dans leur alliance.

¹⁴ L. Ranke (o. c., 4^e édition, IV, 235) mentionne la lettre que le landgrave *Philippe* adressa, le 17 octobre (Dienstag nach Galli) 1542, à l'Électeur de Saxe, en faveur des Évangéliques de Metz; mais il ne dit rien de celle dont parle ici Bucer. On sait d'ailleurs par Seckendorf, loc. cit., que *Luther* et *Mélancthon* déconseillèrent à l'Électeur d'intervenir dans les affaires de Metz. (Luthers Briefe, éd. de Wette, V, 508.)

¹⁵ Nous ignorons si les députés envoyés par le Landgrave et la ville de Francfort étaient les mêmes que ceux mentionnés par Seckendorf à propos des négociations du mois de mars 1543, c'est-à-dire, le comte *Théodorice de Manderscheid* et *Pierre Sturm*. Le « troisième député » était le conseiller strasbourgeois *Jacob Sturm de Sturneck* (V, 402, n. 12, 13).

¹⁶ Bucer dit, plus loin, que si l'ambassade des Protestants avait tardé d'une semaine, les Évangéliques messins auraient tenté de conquérir *par eux-mêmes* la liberté de la prédication.

¹⁷ Aucun historien n'indique le nom de ce prédicateur qui ne prêchait « ni purement ni avec zèle. »

*Multus illic populus Christum admodum sitit. Consul cum fratre R.*¹⁹ *fortissimè agit. Moram hanc Farellus ægerrimè tulit, nec immeritò. Nam peste illic multi quotidie tolluntur, qui gravissimè queruntur, se sine consolatione certa Evangelii et Sacramentorum hinc abripi. Si distulisset legatio unam tantùm septimanam, indubie rursus aliquid ausi fuissent. Habes summam ferè omnium quæ Meti hactenus in hac causa acciderunt. Bruno*²⁰ *admodum constanter egit, quanquam ad id opus habuerit multis cohortationibus. Bene vale. Uxorem et fratres diligenter atque officiosè saluta. Sed quàm mihi dolet illud de ignorata disciplina, de factiosa agendi ratione, de neglectu Synodorum, de offensione sive retenta, sive affectata. Sed tu, meum cor, meus animus, semper tuo, imò Christi bono, omnia omnium mala vinces, quoad licuerit. D. Jesus te servet ! Vale, Argentorati, vi. Octobr. M. D. XLII*²¹.

D. *Jacobus* heri vesperi venit, sed prohi dolor, *nihil boni attulit. Adversarii in urbe dominantur. Nostri, cum legatio adveniret, non aderant*²². *Legationem itaque urbe excluserunt, et nec equos eorum hospitio accipere voluerunt. Vix tandem impetratum est, ut tres mitterent adversarii ex urbe qui Legatos audirent. Auditis, nullum responsum dederunt, causati Senatam totum cogi non posse, propter pestem, quæ uno die 50 absorbit*²³.

¹⁸ *Jacob Sturm*. Après l'accueil fait à l'ambassade, à la fin de septembre (renv. de 22-23), il n'avait plus qu'à retourner à Strasbourg.

¹⁹ *Robert de Heu* (N° 1157, renv. de n. 4-6).

²⁰ *Jean Brunon Niedbrucker*, appelé aussi *Jean de Metz* (VII, 191, 196).

²¹ Dans l'imprimé : 1541, ce qui est une erreur évidente.

²²⁻²³ Selon Meurisse, o. c. pp. 44, 45, 50-52, « le duc de Witemberg, le Landgraff de Hess et les villes de Strasbourg et de Francfort, sous couleur de pacifier les différents meus entre ceux de Metz et le comte de Furstemberg... envoyèrent des députés à Metz : au devant desquels ceux de leur faction estant allez, ils arrivèrent tous ensemble aux portes de la Ville, le 28 de Septembre 1542. Les députés s'estant arrestez au Jardin et en la maison appelée Briba, proche de la Porte des Allemands,... leurs gens... se présentèrent à la même porte... et à celle du Pont Reymond, où l'on les arresta, attendant la permission des Treizes. Sur quoy *Gaspard de Heu*... estant arrivé, les fit entrer de son autorité particulière, contre le gré des Treizes et des Bourgeois...

« Le lendemain, Samedy 30 Septembre, l'on députa quelques-uns des Treizes et du Conseil vers les envoyés des Princes et des Villes d'Allemagne... pour ouyr leurs propositions. Toutes leurs harangues... ne tendoient à autre

*Jurarunt omnino se extrema potius passuros, quàm quod nos petimus, id est, Regnum Christi admissuros*²¹. *Consul volebat admittere concionem. Frater repugnavit et retraxit eum.* Si neque eum pro se adeant cives pii, est iterum et hęc misera Christi ecclesia. Nostri sine cruce Christum quærunt. Adversarii propter Antichristum mille cruces subeunt. Oremus, supplicemus, flagitemus opem Domini.

Tuus totus BUCERUS.

1165

GUILLAUME DE FURSTEMBERG au Conseil de Metz.

(De Gorze ?) 8 octobre 1542.

Le P. Meurisse. Hist. de la naissance de l'hérésie dans la ville de Metz. Metz, 1670, in-8°, p. 61.

Fermes d'honneur, honorables, chières, singulières,

Nous avons entendu par nostre serviteur, que puis n'aguères avons envoyé vers vous, touchant l'arrogance, mespris, contempt et injures à nous advenues en vostre Cité¹, ce que luy avez baillé pour réponse. Et ne pouvons estimer que ce soit seulement la coulpe des cinq personnages, desquels l'un est mort, et les autres quatre détenus en vos prisons, ou que quand ors vous puniriez iceux, que par ce nous soit satis-faict : car selon ce

chose qu'à obtenir le libre exercice de la religion de *Luther* dans la ville de Metz.... A quoy ceux de Metz ne voulurent pourtant jamais consentir, s'excusans tousjours avec belles parolles, *en leur donnant*, dit l'histoire, *un gratieux refus*.

« Nonobstant cela, *Gaspard de Heu* et tous ceux de la faction luthérienne.... passèrent jusques à un tel point d'impudence que, *le second jour du mois d'Octobre*, ils s'assemblèrent du grand matin en l'église de S. Pierre aux Images, où *Farel* les devoit aller prescher. De quoy les Treizes... ayans eu avis, allèrent aussitost dissiper cette assemblée..., et témoignèrent tant de vigueur en cette rencontre... que *les Luthériens* furent contraints de prendre de nouveaux conseils. Alors donc *Gaspard de Heu* dit à tous ceux de sa faction qu'ils l'allassent attendre hors de la Porte Serpenoise..., et aussitost montant à cheval, il alla prendre *Farel* chez *Gaspard*

qu'avons vescu par cy-devant, et nous [sommés] démontré envers vous et vostre commune Cité, nous ne pouvons penser qu'à tel affaire à nous advenue contre équité et raison, nous ayons donné aucune cause : ains convient que l'ayons tenu entièrement à ce que ce jeu nous ait esté dressé à cause de la Religion, veu que présentement *nous voyons publiquement ce que vous entreprenez à l'encontre de vos bourgeois qui adhèrent à la parole Divine, et qui seulement la voudroient ouyr prescher et annoncer*, non ayant regard que en autres choses ils se présentent en toute obéissance ; *et aussi que entreprenez de les des-chasser et bannir hors de vostre Cité*². Et si par telles vos

Gamaut, lequel il fit aussi monter à cheval, et s'en allèrent ainsi bien escortés... à *Montigny*, faisant entendre, en sortant, à ceux qui estoient là présents, que *Montigny* et leurs personnes estoient sous la protection des *Protestants d'Allemagne*... »

On voit que *Bucer* ignorait encore, le 6 octobre, ce qui s'était passé à Metz quatre jours auparavant.

²⁴ On sait qu'en sortant de la ville, le 2 octobre, *Farel* prononça les paroles suivantes : « Vous ne voulés point recevoir Jésus-Christ ; mais je vous di qu'il viendra une nation qui vous déjettera de vostre autorité, et ne serés maîtres ni de vos maisons ni de vos biens » (*Bèze. Hist. ecl. III, 433*).

¹ Allusion à l'émeute que l'arrivée du comte *Guillaume* à Metz avait suscitée, le 9 juillet (N^o 1137, n. 9).

